

www.e-rara.ch

**Verae alchemiae artisque metallica, citra aenigmata, doctrina certusque
modus, scriptis tum novis tum veteribus nunc primum & fideliter maiori ex
parte editis, comprehensus quorum elenchum a ...**

Grataroli, Guglielmo

Basileae, 1561

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7133>

De marchasita, tractatus de marchasita, ex qua tandem cum aliis dicendis sit elixir ad album
verissimum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

TRACTATUS DE MARCHASITA, EX QVA TANDEM cum alijs dicendis fit Elixir ad album uerissimum.



MULTORVM generum & multis in locis reperitur Marchasita uulgo dicta, à Græcis autem Pyrites: est autem ex metalli genere, nam cum plumbo mistum efficit notularum pro typis uirgulas, color montium uel lapidum aut terræ, ubi reperitur, est purpureus, & re, inuenitur in primis supra ciuitatem Brundusij in Apulia prope sanctum Iohannem de Migento, estq; Marchasita argentea nigri coloris. Item in partibus Romandiolæ apud Britonorū inuenitur argentea Marchasita. Item in Corsica prope quoddam castrum quod uocatur Canui in loco qui uocatur Bagnaria, & est albi coloris multum ponderosa, nec funditur nisi cum magna difficultate. Item circa Balnea de Porretta inuenitur aurea Marchasita. Item datur alia ex Sardinia, ubi foditur uerum argentum in loco qui dicitur Sa Glexia. Inuenitur item iuxta maritimam multis in locis, & præsertim loco dicto Sa lucna. Inuenitur in Boemia Marchasita alba, ualde fusilis, & prope Bernam in loco ubi foditur stannum, & stridet sub dentibus, & leuiter puluerizatur. Inuenitur magna copia ubi foditur mercurius, & uocatur mater mercurij, estq; talis optima Marchasita albissima, ponderosissima, nec funditur nisi artificialiter. In districtu Vincentiæ in terris illorum de Vinaria, & est glauca, & ponderosa ualde. **I**N nomine igitur altissimi creatoris & Domini nostri Iesu Christi. Marchasitæ argenteæ lib. i. & tere eam subtiliter, & impasta eam cum sale nitro, & sapone Gallico, ut sit sicut pasta, & eam repone in crucibulo ac funde ipsam, & cum fusa erit proijce eam in aquam inferius scriptam, & hoc iteretur ter, & sic erit optimè separata à putredine terræ.

Aqua uerò in qua debet proijci, sic fit. **R.** Calcis uiuæ lib. i. salis gēmx drach. 4. aluminis rochæ drach. 4. aluminis zucharini drach. 4. aceti optimi lib. 7. & sit bene calidum, & soluantur alumina & sales & calx in ipso aceto, & per filtrum distilletur, & in ea dicta Marchasita fusa proijciatur.

Modus componendi medicinam talis est. **R.** de supradicta Marchasita ita præparata lib. sem. & tere eam subtiliter & adde sibi mercurium sublimatum & salem armoniacum sublimatum an. lib. sem. Modus autem præparandi mercurium & salem armoniacū pertinentia huic operi, talis est. **R.** mercurium sublimatum quantum uis, & sublima ipsum cum sale cōmuni præparato, & erit sicut crystallus: simili modo sublima salem armoniacū, & erunt optima: & sal quod debet poni cum prædictis sublimationibus sic præparatur. **R.** Sal cōmune quantum uis, & pone in aquam calidam ut bene dissoluatur, & dictam aquam distilla per peciam panni linei uel filtrum, ita quod sit clarissima, quam congela in uase uitri uel terreo interius uitreato: supradicta terantur in mortariolo lapideo simul & bene simul incorporentur sine aliquo liquore, & pone in ampullam uitri & loca ipsam super furnellum, & da sibi lentè ignem de mane usq; ad tertiam, uel quousq; humiditas sit cōsumpta, postea uigora ignē gradatim, tãndiu quod sal armoniacū & mercurius ascendant ad collū dictæ ampullæ, deinde permittite in frigidari, & frage ampullam, & quod est sublimatū cum facibus suis iterū misce, & tere, & sublima, & hoc itera septem uicibus, semper miscendo cū suis facibus: in septima uerò uice remanebit Marchasita calcinata albi coloris & fusibilis, deinde accipe eam & serua in uase mundo uitri clauso bene.

Deinde **R.** Salis alkali lib. 10. & tere ipsum, & madesac cū modico aceto, & fac pallas seu pilas ad grossitudinē oui gallinæ, & ad solē siccare permittite, tunc pone ad decoquendum in fornace uitrariorum, uel alia simili fornace, & ibi dimitte donec dictæ pilæ sint albissimæ: tūc extrahantur de fornace, & in mortario lapideo cōterantur, deinde habeas paratum acetum calidum ad libitum, & in eo soluat

uatur sal & distilletur per filtrum mundum, & distillatum in uase uitri uel interius uitreato congeletur, & iterum tere, & in aceto calido ut supra solue & distilla & congela usque ad quindecim uices, postea proba ipsum super laminam, & si funditur ad candelam, perfecte laborasti: si non, itera donec leuiter fundatur: tunc pone super marmor in loco rorido ad soluendum, & cum solutum fuerit, cum ipsa aqua incorpora calcem Marchasitam, & pone in uase uitreo super furnellum ad congelandum cum leui igne, & congelabitur usque ad triginta dies & citius, tunc lauda Deum qui dedit tibi tale secretum. Et quando uolueris experiri, Recipe Mercurij lib. x. & ablue eum cum aceto & sale, & cum bene lotum fuerit, excutetur cum panno, postea exprime per corium, tunc pone ipsum in cruxolo mundo, & pone intra carbones uiuos, & quando mercurius incipiet fumigare, asperge super ipsum de predicta medicina unc. i. tunc audies magnum rumorem & crepitationem, tunc suffla leuiter quousque non plus crepitet, tunc suffla secure & cooperi crucibulum cum carbonibus, & sic permitte per magnum tempus, postea euacua ipsum ubicunque uolueris, & iuro (inquit autor) per Deum quod habebis Lunam ueram ad omnem examinationem meliorem, quam de minera terre extrahatur.

Marchasita soluit ferrum cum spargitur super eum, & comburit cuprum & argentum, & confringit aurum, & stringit plumbum alkali, id est stannum.

Aliqui dicunt, quod cum solo oleo lini incerando Marchasita funditur cum forti igne, ualde leuiter.

Nota hunc alium modum, quem in optimo manu scripto libro separatim inueni, sic. De Marchasita aurea & argentea, uel sagimine nitri, quancunque earum uis tere contritione ultima, & linias eam sapone & nitro, & funde eam in crucibulo, & accipias quod egreditur de fusa parum, & eijcias facem: & si tu fusionem iteraueris, sicut dictum est, secundo & tertio melius erit. Deinde accipe quod purum est ex ea, & est frustum album liqueficans, & est res magis similis argento, excepto quod frangitur sub martello, & tere illud cum sale armoniaco soluto in aceto, imbibendo & siccando, donec totum ebibatur: nam ipsum erit Elixir bonum quod excusat te ab alio cum Dei auxilio. Proinde ergo de ipso super stannum mundatum, quoniam stringit ipsum & indurat, & incidit stridorem & foetorem eius. Deinde projice de illo stanno super as rubrum, albificabit enim ipsum formosa albedine. Coniunge ergo ipsum cum argento sicut scis, & proficies cum eo ex uno die, sed hoc fac arte. & est ex melioribus quae sunt, & studij leuioris, & excusaberis per hoc ab alio: occulta ergo ipsum.

Separatio Magnesiae & Marchasitae ex libro perfecti Magisterij Rasii. Accipe de quacunque earum uolueris quantum uis, & ignias eam in cacia ferrea septies, omni uice extinguendo eam in aceto fortissimo, & qualibet uice post extinctionem extrahatur ab aceto, & ponatur super porfidum ac fricetur fortiter, & cum aqua dulci abluatur. hoc facto igniatur ter, & omni uice extinguatur in aceto citrino, & est optime separata. Aliqui dicunt, quod non est necesse sublimare Tuthiam, uero & Marchasita sic preparatur, Tere quousque fiat puluis minutus: deinde fac bullire in aceto & in aqua tartari per dimidium diem in quolibet, & postea in modo dico aceti, deinde cola acetum & laua cum aqua comuni, & sicca puluerem & serua: & si hoc modo preparentur, non est necesse sublimare.

Ne quid huic tractatui de Marchasita desit, haec sequentia non inutiliter addimus ex mirabili quodam libro excerpta.

Accipe Marchasitae argentae quantum uis, tere in mortario cupreo: puluerem distepera cum melle, pone in crucibulo, funde & fac ter: deinde R. unc. i. salis armoniaci, aceti unc. 3. de dicta medicina unc. i. pulueriza super marmor, imbibere pariter quousque siccetur ad solem, unc. i. huius medicinae congelat perfecte

mercurium supra ignem calidum. Item aliter. R. Marchasita calcinata prius in aceto bullita per consumptionem aceti unc. 4. arsenici sublimati lib. sem. salis armoniaci quart. 1. calcis corticum ouorum unc. 4. mercurij per se mortificati lib. 1. & sem. misce omnia in phiala uitrea, pone in fimo per mensem, deinde distilla, & aquas distillatas obserua in fimo calido, & postea tere cum aqua aluminis ouorum, & iterum distilla & omnes in simul coniunge, & distilla de uentre in uentrem quousque amplius non distillent: una pars tingit centum Veneris preparata in Lunam.

Marchasitam integram ignias, & projice in aceto distillato, & erit pulvis albus: deinde facias puluerem Marchasita desiccare ad ignem uel solem, deinde fac descendere cum baurace quousque habeas unum granum, & ad 7. unc. Marchasita, pone drach. 1. de borace & pulueriza & imbibe cum mercurio, & claudes in crucibulo cum borace & funde, & erit Luna bona: sed dicitur quod borax per se trofa melior est hic.

Ablutio Marchasita, Marchasita argentea teratur & ponatur in aceto forti & coquatur, donec egrediatur eius obscuritas & nigredo, & renoua acetum quatuor uicibus donec exeat limpidum: ipsa albificat aures, & etiam stringit stannum.

Sublimatio Marchasita, post abluitionem & exiccationem. Pone in alutelo & sublima igne lento duobus diebus & nocte una, post infrigidationem uasis aperis cum suauitate, & inuenies similem argento uiuo sublimate extincto: cuius drach. 1. super 40. plumbi mundificati conuertit illud in Lunam. Alibi sic incipit. Sume eam & tere, & in aceto uini infunde, & ad Solem per decem dies dimitte: post hac cola & sicca, & pone in ollam de alutelo, &c.

Purgatur Marchasita per mercurij lauacrum: deinde calcina in uase terreo sigillato ad magnum ignem tribus uel quatuor horis: quo infrigidato, inuenies totum redactum in terram mortuam nitidam, tere ipsam cum calce corporis, median te borace fit liquabilis elixir, qui conuertit uenerem, iouem, & mercurium in una hora in ueram Lunam, & augmentatur modicum ex eo cum mercurio usque in infinitum, nec est scienti opus reiterare.

Proba an post lauacionem Marchasita possit sublimari cum sale armoniacotiens quousque figatur, deinde lauare cum aqua uitae, & inde facere projectionem, aut primo dissolui & iungi cum auro dissoluto, aut Luna dissoluta, & postea conuertit in Elixir.

Marchasita sublimatio extractu Petri Hispani, articulo secundo. R. Marchasita quantum tibi uidebitur expedire, & pone eam in uase sic disposito super per carbones ardentes, & suffla cum sufflatorio quantum poteris, donec rotum sulfur Marchasita ascendat superius album sicut nix. Marchasita sic coarctatur, melle uncta, in carbonibus mittitur & flabellatur, quandiu colorem rufum faciat. Alij uero in multis carbonibus igneis coquunt, & secundo melle unctam reponunt ad ignem quousque se fregerit, deinde extrahunt, & lauant sicut cadmia.

De Arsenico.

Arsenici optima sublimatio. R. libram unam de ipso bono & electo, in mortario eneo subtilissime tere: quo remoto & seorsum posito, accipe tantundem aris usti, quod in eodem mortario subtilissime teres, & ipsum tritum cum Arsenico pones, tunc accipe tantundem salis gemmae, & eodem modo tere & repones cum duobus predictis, ultimo de blancheto quod proprie cerussa dicitur. Et hac quatuor super tabulam uitream (aut uitreatam) terendo fortissime commisce: primo ea cum manu uel uirga grosso modo, postea ita fortiter & diligenter sint tabulam marmoream coterendo quousque ad plenum partes singulae subtiliter sint commixtae. His ita peractis, affabis hoc modo: calefacias primo larem planum de tegulis, uel de terra forti, & cum fuerit calefactus, consperges desuper cineres cribellatos usque ad spissitudinem duorum uel trium digitorum, & puluerem illorum quatuor

tuor sic mistorum in una pelui uitrea, uel saltem uitreata & bene lata quanto minus poteris conspersum & diligenter sparsum impones: Deinde accipe crapam unam calidam, quæ ad ignem æqualiter ex omni parte fuerit calefacta, & uide ne calor eius notabiliter excedat calorem laris, & pone crapam ipsam super larem calidum peluim, cum prædicto puluere includendo, quanto magis æqualiter poteris ita cautè quòd calorem æqualem ab omni parte habeat, & uas intus positum in parte aliqua non cõtingat, & ita permitte quiescere, donec totum in frigidatũ sit perfectè, & tunc extrahe: & si inueneris puluerem subtilem non congestum neq; cõglobatum, bene est: sin autem, iterum super marmor pulueriza & assa, sicut prius toties, quousq; totum per assationem in subtilem puluerẽ conuertatur. Hæ autem assationes optimè fierent in stufa uel fumo calefacto, & dicto modo specialiter ad hoc temperato. Cum ergo per assationem totum in subtilem puluerem fuerit sic conuersum, pones in uase sublimationis substernendo unum bonum lectum de sale asso non crepitante, uel de calce testarum ouorũ, uel alio cõsimili. Vas ergo claudes cum luto sapientiæ, quanto æqualius & leuius poteris, ita quòd nullatenus respiret, quod sic fit. Accipe cineres cribellatos, & parũ minus de sale cõmuni, & cum albuminibus ouorum distempera terẽdo subtiliter super marmor, & nõ ponas multũ de albuminibus: quia cũ modico de illis poteris facere multũ lutũ. Caue etiã ne facias multũ molle, sed aliquatulum durũ, & cum isto luto cõiunges ollã, siue discũ, siue alutel cum suo cooperculo, cautè orificia uasorum ad paruã spissitudinẽ liniẽdo, & ipsa prius orificia cum salina leuiter madidãdo aliquatulum, ut lutũ eisdẽ adhærere ualeat. eodẽ etiã luto iunctura ipsius ad paruã spissitudinẽ debet deforis illiniri, & sic clauso, & in furno suo posito lentissimũ dabis ignẽ, sicut triũ uel quatuor carbonum, & ipsos accẽsos grossos superpones, & ipsum ignẽ sic tẽperatum cõtinuabis aliquatulum diu: & cum lutum orificij iuncturæ fuerit desiccatũ, linies iterum desuper illũ, & permitte ad illũ ignẽ tẽperatissimũ desiccari. Possit etiã fieri bonũ lutum ad hoc de aqua salis cõis soluti in aqua calida, distẽperando cum ipsa aqua cineres cribellatos, sed primũ est melius: Cũ ergo secunda linitio fuerit desiccata, uigora ignẽ paulatim quousq; cooperculũ calefiat in tãtum quòd possis manũ desuper tenere, sed nõ multũ diu. Postq; uerò fuerit sic fortis ignis, caue cum diligẽtia & cautela ut nõ augeat uel minuat, sed cum manu cõtactu frequẽti super coopercula pba: nã si manũ super cooperculũ tenere nõ possis, scias quòd arsenicũ cõburitur & destruitur etiã in colore & efficit crocẽ primò, deinde rubeũ ppter magnã adustionẽ: & nisi uas remoueat ab igne, uel subtrahat ignis, credo quòd penitus destruetur. Si ergo istud cõtingat anteq; tota humiditas sit egressa, reduc ignẽ ad tẽperamentum subtrahẽdo scilicet paulatim à parte inferiori, & cũ pãno nõ multũ madido refrigerãdo cooperculũ sublimatori quousq; possis bene tenere & diu madidũ desuper, & cõtina ignẽ æqualẽ quousq; tota humiditas sit egressa, qd quidẽ experiri põt pro certo uitrũ uel ferrum politũ sup foramẽ cooperculi coaptatũ & sape aspiciẽdo si madidũ sit. Sẽper autẽ etiã à principio ignis tene lanã in lana etiã spiritũ retinet ne recedat, & humiditatẽ nõ impedit, quin ascẽdat: cessante autẽ omnino humiditatis ascẽsu, claudes foramẽ cooperculi cũ pãno lineo bene cõpresso uel retorto. quãcito autẽ uideris quòd aliquid de sublimato lanã prædictẽ adhareat, uel p foramẽ cooperculi exeat, claudes foramen prædicto modo, & aliquatulum fortifica ignẽ & ualde parũ, sicq; cõtina usq; ad finẽ sublimationis, ignẽ æqualiter quãto magis poteris faciẽdo. Si autẽ uis quòd sublimet quasi in speciẽ crystallinã, habeas duos capellos de filtro non cõpresso, uel de aliquo pãno lineo grosso ad mẽsurã & formã coopculi factos alternatim madefactos in aqua frigida pones sup cooperculũ, ita quòd cooperiat totũ excepto foramine summitatis, tunc alternatim teneas illos ibi à principio ascensus usq; ad finẽ, & caue diligẽtius, ne aliquid de aqua p foramẽ alutel ualeat subintrare, & habebis

Lutũ Sapientiæ.

propositū. Ignē autē semper de carbonibus facias, q̄a de lignis equaliter fieri nō uolueret. Si autē prędicta intētio cōtingeret circa primū ascēsum Arsenici, prędicta madefactionē cooperuli de necessitate fieri oporteret, & ignē quasi inseparabiliter ad æqualitatē & tēperamētū reduci, & extūc in illa quāritate cōtinuari usq̄ ad finē: quōd si de sublimatiōe nihil p̄cessisset in ascēsu antē prędictā intētionē remouēdum est totū uas sublimatiōis de fornace, & imponēdum est in cineribus cribratis, & sepeliēdum est in eis usq̄ ad iuncturā uasorū, & cooperulum cū prędictis capellis infrigidādum, quousq̄ sit bene frigidū, postea est aperiēdū, & q̄d est sublimatū bene album & mundū extra est reponēdum, q̄d uerō crocēū uel rubrum est effectū, & q̄d sine fecibus de uase extrahi nō potest, accipe & tere iterū cum frigidioribus fecibus super marmor, & lētissimo igne sublima, & eius sublimationē expecta. Tēpus autē sublimationis & mora, postq̄ uasa debite clausa fuerint, & locata est octo horarū, scilicet ab aurora æstatis usq̄ ad uesperas. hoc tamen est principaliter attēdendum, ne antēq̄ ab ascensu cessauerit ignis, in aliquo minuat uel aliquatenus extinguat, quia nō posset postmodū emēdari. Quādo ergo dubitaueris, utrū cessauerit ab ascēsu, per foramē superius longā lanā immittes, ita ut possit descendere propē fæces, & post morā aliquantulā extrahes, & si quid ei de Arsenico ascēdēte adhesit, scias quōd nōdum cessat ascēsus, si nō adhæsit, nō dubites quōd cessauit, & cognosces p̄ certo. Eodē modo poteris experiri, quādo ascēdere incipiet, cū aliquid eius lanā prędictā adhæserit. Vasa eius nunq̄ aperias quousq̄ plenē refriguerint, uel per se, uel prędictorū capellorū appositione in casibus supradictis. Arsenicū sublimatū in uase uitreo est seruādū, & cū papyro uel mundo & albo corio cooperiēdū, & loco q̄ nō sit expositus uero uel aëri humido. Si autē es ustum nō habeatur, limatura grisuel ferri mūdā, tamē ab omni puluere per sufflationē, uel per lotionē aquæ ab omni rubigine poni potest loco aris usq̄. (Rogerius tamē dicit, quōd melius ualet cum calcibus corporum, q̄ cum limaturis. Si autē uis scire, utrum in fæcibus aliquid remāserit de Arsenico, projice super carbones, & si fumum fecerit, adhuc est ibi aliquid, &c.)

Preparatio salis armon. secundū Rasim. R. de sale arm. crySTALLINO, tere cū tanto spūgmaris & sale nitro & ipsum sublima, & sume sublimatū, coque ipsum positū in cānis in aqua: soluet enim, distilla ipsum, aut solue ipsum in uestica, uel in fellis kisti super aquā, & distilla ipsum, & ex eo operare. Alij sublimant cū sale gēma, sed illud sal debet esse optimē siccaturū antē ignē, & cum sale armoniaco optimē tritū. Salem armon. si xū soluere est difficile: imbibe ergo ipsum ex aceto, & in humā in fimo, soluet enim, distilla ipsum, & caue tibi ne totā assumas: aquā, sed tantū quātum posuisti de spiritu quē soluere uoluisti. Puluis dans malleū & dulcedinē Soli & Lunæ, si sint cōbusta & calcinata, facit etiā ferrum fusile, & est lani Lacini. R. Salis armoniaci, salis petre, & boracis ana, tere & cōmisce, & solue in modico uini, & desicca, & de puluere quartum pondus, pone cum tribus cuiuscunq̄ calcis uolueris, & reuertetur ad malleum multum bene.

Caput de Sale Alkali.

SAL Alkali, scilicet uitri, est de minera lapidis similis uitri albi omnifundi, & scū eo lapides uertuntur in naturā albi uitri, & est fortior omnibus salibus in suo regimine. Volo dicere quōd uitranj hoc sale utitur ad fundendum & cōuertendum in uitrum ceteros lapides. Accipe igitur de eo quantū uis, & pone in uase & sicca in furno per diem unum, & tere & ablue cum aceto albo acerrimo duabus uel tribus uicibus, & sicca ad solem: & sic remanebit in eo uirtus acuitatis acetī, & melius subtiliantur partes eius: deinde tere & imbibe cum aqua salis, sic depurantur & subtiliantur omnes superfluitates partium salis: deinde pone in uase sublimationis, & sublimetur tribus uicibus, semper remouēdo fæces, & per duos sacculos. Deinde pone sub fimo tribus diebus, quia per subtilitatem & acuitatem salsedinis salis, & humiditatem fimi melius depurantur, & subtiliatur omnes

omnes partium salis superfluitates in suo regimine: deinde extrahe & cola uicibus tribus, & per unamquancq colationem dimitte per diem unum, ut fax eius resideat: deinde post tres uices colaturā accipe, & pone in caldario paruo habente tria foramina, uel quatuor in cooperulo optimē stagnato: deinde accipe duas maneries scilicet album & uiride unumquodq per se, & tere, & sic in furno pone ad desiccandum, & solue iterū in duplo sui de aqua dulci, id est, de aqua putei, & pone sub fimo duobus diebus: deinde cola & cōgela, & sic tribus uicibus facies: deinde solue in uiscere, id est, in ampulla, sub fimo pone per diem unum, & sic solue: deinde distilla semel, & projice faeces, & cōgela, & si non uis ipsum congelare, reconde aquam quam soluisti sub fimo in uiscere, & distilla. Nota ad similitudinem, quod de Luna fit sal alchali hoc modo. R. Lunam in laminas, & pone in uno crucibulo, & clade bene uas ne exhalet, & pone in furno reuerberationis, & fac stare in igne 24. diebus in bono igne, postea extrahe & fac puluerem, istum puluerem pone in uase uitreo cum aqua cōmuni, hoc est, cum aqua Mercurij testamentarij Raymundi de Lullio distillata ad alembicū uitreū, & bulliat tantum quod solum tertia pars remaneat. istam partem distilla per filtrum, ut supra: postea congela, & ista congelatio est sal alchali, &c.

QVAESTIO AN LAPIS PHILOSOPHICVS VA-
leat contra pestem.

utrum lapis philosophorum, si haberetur, ualeret contra morbum pestilentialem.

ET uidetur quod non: quia si lapis philosophicus talem haberet uirtutē, utiq; Reges & principes mundi, similiter & praelati ecclesiarum Romanarum, qui uehementer abhorrent morbum illum, & qui diuitijs affluunt, & penes se habent ualentissimos uiros medicos & philosophos naturales, deberent curare confici lapidem illum, & uteretur eo pro se & amicis suis. Oppositū patet per Arnaldū de Villanoua in penultimo sui Rosarij cap. ubi dicit: Sic etiam habet uirtutē efficacem super omnes alias medicinarum omnem sanandi infirmitatē, tam in calidis quam in frigidis agitudinibus, eo quod est occultū & subtilis naturae, conseruat sanitatem, & roborat firmitatē & uirtutem: de sene facit iuuenem, & omnem corporis expellit agritudinem: uenenum declinat à corde, arterias humidificat, contenta in pulmone dissoluit, uulneratum consolidat, sanguinem mundat, contenta in spiritalibus purgat, & ea munda seruat: & si agritudo fuerit unius mensis, sanat eam una die: si uerò fuerit agritudo unius anni, sanat eam duodecim diebus: si uerò morbus fuit antiquus ex longo tempore, sanat eum in uno mense: unde non immeritò hæc medicina super omnes alias medicinas & super mundi diuitias est perquirēda, quia qui habet ipsam, habet incomparabilem thesaurum. Pro huius autem quæstionis decisione, multa sunt inquirenda: & primò, quid causet morbum pestilentialem: an scilicet uenenum, an alia res? Ad quod mihi uidetur esse respondendum, quod uenenum potest dupliciter capi, strictè, uel largè: strictè capiēdo, nihil est uenenum, nisi quod applicatum corpori humano aptum natum est ipsum taliter discrasiare seu alterare quod mortificat, uel aptum natum est interficere corpus humanum, & sic quicquid inducit, uel aptum natum est inducere mortem, siue sit febris, siue dysenteria, siue hydrops, siue lepra, siue quæcūq; alia infirmitas ducēs, uel apta nata ducere ad mortem, potest uacari uenenū. Quo premissis: sit ista propositio, Venenum, qualitercūq; sumatur, siue strictè siue largè, causat interdū morbum pestilentialem: appareret, quia si strictè capiatur, cōtingit quandoq; hominē infici per statū alterius hominis infecti, uel per uestium infectarū odorem, uel per aërem circūstantem corruptū. Si uerò largè capiatur uenenū, cōtingit interdū hominē nedum ab extrinseco, sed etiā ab intrinseco, ut puta febre uel alia infirmitate infici peste, prout sæpe

docuit experientia. Secundò notandum quòd corpus humanū est ex subtilissimis elementis cōpositum, quæ in genere mistorum haberi possunt: quia de suprema impositione, & est cōplexio eius anatica seu æqualis, sub tamē certa latitudine. Exempli gratia: Si imaginemur aquā summē calidam, & decē graduum in caliditate, & summē frigidam esse decē graduum in frigiditate, tunc tepidum erit medium, sub tamē certa latitudine. Quādo uerò aqua excedit in qualitatibus primis latitudinē illius tepidi, non meretur illa aqua ad modū dici tepida, sed uel calida uel frigida, sic est de latitudine cōplexionis humanæ, quando superuenit homini aliquod ipsum discrasians, siue distemperans ultra latitudinē humane naturæ, siue ad caliditatem, siue ad frigiditatem: hoc est ei uenenū, largē capiēdo uenenum. Secunda propositio respondens ad quæsitū: Lapis philosophicus totus infirare tactos morbo pestilentiali si applicetur antequā sanguis patientis totus inficiatur: si uerò expectetur quousq; sanguis totus sit corruptus, minimē. Prima propositionis pars apparet ex hoc: quia aurū quod est materia lapidis philosophici, si fuerit dissolutū secunda solutione philosophica, quæ fit per aquam permanentem, licet non fuerint elementa ab eo sequestrata, depurata, & reducta, omne impurum & scoriolum expellet ab eo, prout experientia docet: Quid ergo faceret, si elementa fuerint sequestrata, depurata, reducta, refixata, incerata, & totus lapis in se multiplicatus: utiq; corpori humano applicitus in principio ægritudinis, antequā totus sanguis inficiatur, omne ab eo noxiū expelleret. Secunda pars propositionis, uidelicet, Si expectaretur quousq; tota sanguinis massa corrupta esset, non proficeret, apparet: quia potētia sensitiua principaliter consistit in sanguine & in spiritibus à corde causatis: sicq; sanguis totus esset corruptus, non purgaret eum lapis philosophicus: quia non est cōpositus de sanguine humano, sed de purissima auri substantia. Verū quia lapis est anaticæ (seu tēperatæ) cōplexionis, & naturæ eius sunt apertæ & abundantes in gradibus aureitatis integris laboraret expellere omnem sanguinē corruptū, & tūc maneret corpus omnino exhaustum sanguine, & per cōsequens oporteret illum hominē mori, cum non possit homo uiuere absq; sanguine. Nunc autē uidendū est, quid ueritatis ueritatē neat dictū illud Arnaldi de Villanova: Quod lapis philosophicus declinat uenenū à corde, & dico Arnaldū uera dicere. Pro cuius intelligētia notādum est, uenenū duobus expelli modis à corde: uno modo per uia tractus, & sic Theriaca magna, cuius basis sunt carnes Theriorū, trahit ad se uenenū: quia simile naturaliter applaudet suo simili: alio modo per uia pulsus, & ita lapis philosophicus, qui est anaticæ cōplexionis similis in qualitatibus primis humanæ cōplexioni expellet uenenū à corde, eo quòd ipsum uenenū nō est sub latitudine anaticæ cōplexionis, sed longē ab ea distās. Lapis enim philosophicus, nihil aliud est, quā aurum in gradibus suis multiplicatū, stante proportionē quæ fuit in auro primo, ut scilicet quod fuit unius integri gradus aureitatis, iam est centū & mille graduum. Si igitur aurū unus gradus integri solutū philosophicē expellit omne superfluum sibi obnoxium, sicut docet experientia utiq; aurū centū uel mille graduum integrorum, quod est lapis philosophicus, ubi omnes naturæ sunt apertæ & abundantes propterq; ad cōmunicandum alijs metallis anaticitatem suā, & ad transmutandū ea subito in uerissimū aurum, expellet omne uenenū à corpore humano. Pro intelligētia uerò cuiuslibet rei sciendū est, quòd auri cōplexio & temperati ad pōdus hominis cōplexio, in nullo differunt, quoad proportionē qualitatum primarum elementorum, sed quo ad crassitiē & subtilitatem elementorū differunt permaximē. Est enim aurū de elementis primæ impositionis naturæ generatū extra nostrum intuitū specie minerali: ubi elementorū effigies primò coniunctionē suscipit, & ubi species lapidea primò se ostēdit in forma. In uisceribus enim terræ terminat primò pyramis generationis mistorū, & ex illis mistis, uidelicet ex maioribus & minoribus mineralibus, fiunt resolutiones debilioris compositionis, ex quibus herbe generantur, plantæ, & arbores, quæ sunt de secunda mistorū impositione, & quæ

PHILOSOPHORVM,

261

& quæ herbae, plantae, & arbores, eo quod radices habent in terra, nutriuntur huiusmodi resolutionibus primae impositionis, sicut foetus in utero nutritur sanguine menses uero per umbilicum tracto, qui umbilicus se habet proportionaliter in foetu, sicut radix in plantis & arboribus, & omnia quæ sunt de secunda impositione uegetant: illa uerò quæ sunt de prima impositione, non: sed natura illa solùm componit. Tertia uerò impositio quæ est quadrupedum & uolucrũ nutritur impositione secunda, & quæ sunt de hac impositione uegetant & sentiunt. Quarta uerò impositio in qua est spiritus uitæ & imago Dei nutritur impositionibus, secundam & tertiam, & uegetat, sentit & intelligit, & est de subtilissimis elementis. Sed nunc oritur dubium, an aurum existens in crassitie sua insolutum, cum sit in qualitatum primarum complexione omnino conforme humane complexionem, expellat uenenum, sicut facit lapis philosophicus: & dico quod non: quia natura non sunt in eo aperta, sed clausa: & ideo non emittit uirtutem suam, sicut facit philosophicus lapis, in quo sunt naturæ aperta ac abundantes ad comunicandum alteri de uirtute sua, &c. Huius rei ueritatem docet experientia rerum magistra. Videmus enim in istis florenis iamdudum habentibus, quod aurum permixtum est cupro quod est scoriolum & immundum, & tamen aurum quod in illis est florenis non depurat scoriam plumbi sibi commixti. Similiter (quod dolenter refero) huiusmodi florati illud nec reijcit à se: secus autem est de auro soluto, & maxime si solutum secunda solutione quæ est philosophica. Prima enim auri solutio, quæ est incineratio, abijcit omne impurum sibi admixtum: tertia uerò solutio quæ est tinctura, longè adhuc melius purgat quam solutio secunda. Et de hac tertia solutione loquutus est Arnaldus de Villanova quem dicit: Quod lapis philosophicus omnem à corpore expellit ægritudinem. Nunc autem restat soluere argumentum in questionis principio factum, uidelicet, Si lapis philosophicus haberet uirtutem curandi morbum penes se medicos & principes & prælati abundantes diuitijs, & qui habentur eo pro se & amicis suis: Dico quod licet reges & prælati habeant penes se medicos & doctos philosophos naturales, paucissimi tamen illorum sunt qui sapiant in hac re: & si qui sapiunt, uitant etiam temporum protractionem. Sunt enim multi laborantes pro habenda hac scientia, & putant eam perficere à principio ad finem usque in duobus uel tribus annis. Ego dico, quod in tribus uel quatuor annis, uix aliquis, nisi summè doctus, attinget aquam permanentem, quæ est initium lapidis: cum ergo credunt se habere lapidem perfectum, uix sunt in principio. Vidi enim unum senem Anglicum qui per annos forsitan quadraginta, uel amplius laborauerat pro lapide acquirendo, qui nunquam tamen peruenit ad aquam permanentem. audiui enim ab eius ore in fine dierum suorum hoc uerbum: Nullum aurum, quantumcunque credatur, esse solutum, sed solummodo incineratum. Dicebat quippe quod omne aurum quantumlibet solutum, ipse uellet iterum facere confore à metallis impuris & solubilibus, uidelicet, ex cupro uel stannum. Verum scio quod indocte loquebatur, licet tamē adhuc sint hoc idem putantes, qui in stercore laborantes, stercorea inueniunt in fine. Nunc autem restat uidere, quid ueritatis contineat illud uerbum Arnoldi Villanouani, cum dicit: Lapis philosophicus facit de senē iuuenem, & omnem corporis expellit ægritudinem: & respondendo, uerbum hoc duo habere membra: primum membrum est, de senē facit iuuenem, & quantum ad illam partem, oratio uidetur esse de sermonis uirtute falsa. Impossibile est enim aliquem senem fieri iuuenem, nihil enim meretur

propriè dici senex uel iuene, nisi uegetabile. & omne uegetabile habet tripli-
 cem naturæ ordinem, augmentum, statum, & declinationem. In augmento me-
 retur dici iuene, in statu meretur dici perfectum, in declinatione senex. In iu-
 uentute est multum de humido radicali, in statu minus, in senio minimum, & il-
 lud minimum haud potest in se reuiuiscere ac fieri multum. Sed potest solum
 modo uirtutem suam fundere in sibi quasi omnino simile. & hoc potissime
 percipitur in homine cum nutrimentum sit adeò transmutatum, ut omnino pro-
 pinquum sit carni, hoc est, quando ipsum transmutatum est in cambium, quod
 immediatè in carnem transmutatur uel in semen masculinū. si in semen, tunc eo
 in matricem, ut cōuenit, effuso fit embryo: & ex embryo nouus homo, qui &
 nutritur uegerabiliter, & fit iuuenis: postea fit adultus, id est uir, deinde fit & se-
 nex. Mens autem Arnaldi de Villanoua fuit talis: De sene lapis philosophicus
 facit iuuenem, id est, abiecto omni scorio & impuro, ipse lapis reuocat in pur-
 ris potentiam ad actum, & emendat humanæ complexionis lapsum, reducendo
 ipsum uersus temperamentum naturæ suæ. & sic septuagenarius luxuriat, sibi
 uisum est se esse in dispositione omnia faciendi quæ fecit dum esset annorū quin-
 quaginta, uel forsā quadraginta. Quantū uerò ad secundam partem, reduco
 quòd lapis philosophicus omnem expellit ægritudinem: dico hoc esse uerum,
 nisi forsā chronicis hæreditarijs, cuiusmodi est articularis morbus, uidelicet
 semine relictus, lepra, & huiusmodi passiones, quæ conceptionis tempore in
 parentum seminibus remanserunt: Nam talium infirmitatum radix difficulter
 aut forsā nullo modo extirpabilis est. Verū in alijs morbis chronicis uel ac-
 cutis, quæ ex malo regimine superuenerunt, uel ex cōplexionis lapsu ad unam
 uel ad aliam differentiam, ipse lapis ratione anacitatis & puritatis suæ nihil
 permittit scoriositatis & immunditiæ latere iuxta se, quin totum eiciat & ex-
 pellat, & in puris actum prouocat suspensum, adeò quòd si lapis philosophi-
 cus esset res uegetabilis, transmutaretur utiq; in substantiam humani corpora-
 & sic homo tali cibo nutritus fieret perpetuus: sicut uidemus quòd corpora me-
 tallica ægra & corruptibilia depurātur per lapidem, & transmutantur in uerum
 aurum quod est incorruptile. Nunc autem, quia lapis philosophicus est de pri-
 ma impositione mistorum, non potest fieri cibus uegetabilium & sensitiuorū,
 nisi moriatur ex toto, id est, nisi elementa in eo resoluantur simpliciter, sicut
 uidemus in hominum cadaueribus elementa simpliciter resolui. Sed tunc dice-
 ret forsā aliquis: Amice, nōne in lapidis confectioe oportet elementa diui-
 di, ignem, aërem, aquam & terram, & unumquodq; à scoria sua depurari: quòd
 si aliquod elementorum maneat in alio elemento, labor erit cassus, prout dicitur
 cōte ponit Rasis in Lumine luminum: resolutio autem ipso lapide sic per elemen-
 ta, ipse potest utiq; fieri nutrimentum uegetabilibus & sensitiuis. Responsio.
 Nūquam potest lapis philosophicus sic diuidi per elemēta, quin in unoquoq;
 elementorum maneat cætera elementa: hoc est dicere, in igne manet aër, aqua
 & terra, in aëre, aqua terra & ignis, in aqua, terra ignis & aër, in terra, ignis aër
 & aqua. Quòd si unum illorum elementorum ex toto corrumpere, nunquam
 posset lapis reduci, sed omnia manerent inutilia, cassa & uana. Sed forsā dice-
 res tu: Quomodo potest hoc fieri, cum immediatè dixeris, si quid unius elemen-
 ti maneat in alio elemento, labor erit cassus: & nunc tu dicis in unoquoq; qua-
 tuor elementorum manere omnia elementa: Responsio: Elementorū duo sunt
 aquatica, & duo lapidea: aquatica sunt aqua & aër: lapidea sunt terra & ignis.
 aquatica depurātur sublimationibus: lapidea uerò calcinationibus. quòd si lapi-
 deorū elementorū aliquod remāsit in elemētis aquaticis, aut aquaticorū in lapi-
 deis, labor erit cassus. Et ratio est, quia lapidea elemēta nō possunt mundari nisi
 per calcinationem, prout metra dicunt: *Est impossibile sulfur sine flamma delere,*
Calcis adustibile quod præstat fossaminera. Aquatica uerò mūdantur sublimationibus,
 prout

prout metrum canit: si uis mundare limphas, surgendo lauabis. Et ideo philosophi benedicunt: si quid unius elementi, hoc est, lapidei, maneat in alio elemento aquatico, uel e contra, labor erit cassus, quia nec unum nec aliud elementorum purgari poterit prout decet, & natura requirit. Aliud autem occurrit dubium, cum prius dictum sit, quod auri complexio & hominis temperati ad pondus complexio in nullo differant quoad proportionem qualitatum primarum elementorum: certum quippe est & nulli cedit in dubium, quin aurum sit temperate complexiois cum sit res homogenia, & in eo sint duplex calidum, ignis scilicet & aer: duplex frigidum, aqua scilicet ac terra: duplex humidum, aeris & aqua: duplex siccum, terra & ignis. Sed in nullo homine uidetur esse sic, eo quod homo habeat corpus heterogenium, cor scilicet calidum & siccum, cerebrum frigidum & humidum, quae sunt contraria, hepar calidum & humidum, & stomachum frigidum & siccum, quae iterum sunt contraria. & ista quatuor sic repugnantia, sunt principalia membra humani corporis, nihil autem aliud est totum, quam suae partes integrales. Responso, in nullo differunt complexio auri & hominis temperati ad pondus quoad proportionem qualitatum primarum elementorum, prout superius positum est. Et tunc ad argumentum. Licet aurum dici possit temperate complexiois, ex eo quod in ipso est duplex calidum, duplex frigidum, duplex humidum, & duplex siccum, non uidetur sic esse de homine, cuius corpus est heterogenium, & cuius partes integrales principales inuicem contrariantur, sicut cor cerebro, & hepar stomacho. Dico quod licet cor dicatur contrariari in qualitatibus primis cerebro, & hepar stomacho, non est tamen sic in re: omnia enim membra hominis quantuncumque dicantur sibi inuicem contraria, nutriuntur a sanguine in quo est anaticitas (id est aequalitas uel proportio) elementorum, uel quasi. & omnia eius membra simul capta constituunt hominem complexione anaticum, uel quasi. & sic est etiam de auro, dum ex ipso conficitur lapis philosophicus. Solutio nempe auro diuiduntur ab eo quatuor elementa, ignis, aer, aqua, terra, non autem simpliciter, sed secundum quid. Vbi cunctumque enim est ignis ab alijs elementis diuisus, in illo igne sunt aer, aqua, & terra, ut superius dictum est, uerum ignis praedominatur, & ita de aere, aqua, & terra censendum est. Sic etiam est imaginandum de membris principalibus hominis: licet enim in corde praedominetur ignis, tamen in ipso corde sunt in actu omnia alia tria elementa, & ita de cerebro, licet in eo praedominetur aqua, tamen ibi sunt aer, ignis, & terra in actu, & sic consequenter de hepate & stomacho dicendum est.

VETVS EPISTOLA DOCTISS. DE METALLORVM materia, & artis imitatione.

EGo tibi aperire conabor optatum, quod ad ueterum uisum est mentem accessisse: nam uulgares (& merito) illud Aristotelis in libro Meteor. de sulfure & mercurio, quod sunt omnium materia metallorum, non plene intelligentes, in sua opinione mentiti sunt. Non enim credas ex solo sulfure metallum posse generari: quia putant compositionem hanc ex sulfure & mercurio, tanquam ex duobus diuersis componi, ex uno tanquam ex materia, ex alio tanquam ex forma, quod non est sic: nec tu nec alij sic intelligentes, intellexerunt Philosophum: ibi enim expresse innuit, hanc ambo locum obtinere materiam: quia non est intelligendum quod mercurius & sulfur specificè distent à se primitiuis & specificis distantijs: nam sulfur in compositione prius est simplex sulfur, & haec est prima materia: postea uero putrefactum, conuertitur in aerem attritum ex materia caliditatis, uel loci, uel influentiae: & hanc conuersionem appellauit Philosophus mercurium, qui est dispositus ad omnem speciem assumendam, cui iungitur, &

hæc proprietas dignoscitur ab illo sydere & planeta qui talis est proprietatis: ita quod denominatio hæc potest esse similitudinaria, & effectiua: quia à similitudine assimilationis proprietatum, uel effectiua ab effectu ipsius, ut puta præfationis influentia. Qui quidem mercurius secundum maiorem uel minorem decorationem à caliditate materiae, uel loci, uel influentia, uel ex spissitudine, uel raritate materiae, uel grossitie, uel mundicie, generatur & conuertitur in diuersas metallorum species. Et quod hoc sit uerum naturaliter, probatur: ut puta quod mercurius per se non intret specificè distincta à sulfure compositione. Nam uideamus in mineris apparere sulfur, non autem mercurium: qui quidem mercurius habet distinctas per se mineras ab aliorum mineris metallorum, quod accidit ex loci leprositute, ut puta superflua caliditate & humiditate: quæ quidem caliditas & humiditas non constringit materiam sulfuris in mercuriū alterari, sed constrictionem impedit. de qua quidem compositione superius est artificialis processus, sicut est naturalis. Operationes Alchimie sine uirtutis mineralis auxilio perfici non possunt. quoniam enim generans metalla est uirtus mineralis, sed ut patet per primam eius parabolam, quod intendentes imitari naturam in faciendis metallis, necessarium habent operari per uirtutem mineralem habentem formam cælestis agentis, sine qua, materialia principia non acquirunt formam. non enim exit forma metalli à principiis materialibus, quæ sunt sulfur & argentum uiuum, sine educatione uirtutis mineralis in actum formæ, & propter hoc ars quantuncumque disponens & depurans materiam, nunquam inducet uerā formam sine uirtute minerali, quæ sicut in aquis per loca mineralia fluentibus defertur, & in arenis ex uaporibus proportionatis, metalla generat, ut patet per secundam huius, sic magis inest toti generato per ipsam, & per unumquodque ipsorum, ut ex materia disposita fieri possit ipsorum generatio, si materia mundæ susceptibili, quæ menstruum est metallorum paterno commistum semine, artis beneficio infundatur, tunc enim simile generabit sibi simile secundum speciem & formam, & extra hoc, est error artis: nisi forte medela fiat debilitatibus metallorum per alia. non tamen sit essentialis in metallis transmutatio, nisi reuducantur ad materiam primam, & hæc cōmisceantur secundum formam quæ sitam. intelligentibus, dicta sufficiant.

Ad pleniorum operum naturæ ac artis intelligentiam clarius & amplioribus rationibus capescendam, consulo, amice lector, ut uideas librum x. Cardani de Varietate rerum. cap. 1. & 2. quæ huc non attuli, cum quod quæque apud fontem suum uidere expediat, tum quia quæ hîc posita sunt ex se etiam sufficiant, & perfectæ sint.

PRACTICA CARAVANTIS HISPANI.

Recipe sulfuris uini & salis nitri ana, tere omnia seorsim, postea misce pulueres & pone in bociâ uitrea bene lutata, & ad ignem lentum appone per horas duas, postea ignem auge, donec fumus cesset: post fumum ueniet flamma extra collum bocia & ascendet per uernas seu brachia duo uel tria, & cessata flamma remanebit sulfur in fundo quasi albus & fixus: tunc extrahe, ac recipe dictum sulfur fixum, & tantundem salis armoniaci, & tere omnia & bene in puluerem redige ac cōmisce, deinde omnia pone ad sublimandum dando primitus ignem lentum, deinde fortiolem, donec ascendat per horas quatuor: sublimatum extrahe, & omnia, nempe tam sublimatum quam faeces simul incorpora, & iterum sublima ut primò, usque ad sex uices, & sulfur remanebit in fundo uasis, quod accipe & tere ac super marmor aut uitrum in loco humido pone, & conuertetur in oleum: de quo pone duas uel tres guttas super uno ducato in crucibulo liquefacto, & fiet oleum, quod pone super marmor, & congelabitur: de quo pone partem unam supra quinquaginta mercurij purgati, & fiet sol optimus.

LAPIDIS PHILOSOPHICI NOMENCLATURA

265

tura, à Gulielmo Gratarolo collecta.

Aurum, Sol, æs Philosophorum, corpus magnesia, corpus syncerum, mū-
dum, fermentum, Elixir, masculus, argentum viuum fixum, sulfur incom-
bustibile, sulfur rubeum fixum, rubinus filius, kibric vir, vitriolum viride,
almagra, laton, terra rubea & c. Aqua quæ distillatur ab eis nominatur à Phi-
losophis cauda Draconis, anima, ventus, aer, vita, domum illuminans, lux me-
ridiana, lac virginis, sal amoniacus, sal anetron, ventus ventris, fumus albus,
aqua sulfuris rubea, oliua, gallus, tartarum, aqua crocea, æs vltum, compositio
alba, aqua foetida, mortui immundicia, sanguis, argentum viuum, cucurbita cū
alembico suo, vas Philosophorum, homo altus, homo galeatus, venter homi-
nis in medio, sed in fine pes dicitur, pes vel pedes, vel in quo, vel in quibus pe-
dibus calcinatur terra nostra, assatur, congelatur, distillatur, & subtiliatur: vni-
bra Solis, corpus mortuum, corona vincens, nubes, cortices maris, magnesia
nigra, Draco qui comedit caudam suam, sax ventris, terra inuenta in stercore,
putredine, vel stercore equino vel igne leui, sulfur & Mercurius, duo numero
& vnum essentia, nomen in nomine, lapis, corpus, spiritus & anima.
Vocatur terra, aer, ignis, omnia, quia in se continet quatuor elementa.
Vocatur animal, vel homo, quia habet animam, corpus & spiritum: & tamē
non putauerunt Philosophi rem animatam, sed lapidem.
Vocatur aqua sulfuris, aqua mūdi, sputum Lunæ, Solis vmbra, antrum, seb,
elephas, succus albus, oculi piscium, beya, sulfur viuum, aqua acuta, lac, acetur
animatum, lacrima, aqua coniungens, vrina, vnguentum solutum, pater mira-
bilis, pater mineralium, arbor fructifera, fons viuus, seruus fugitiuus, cen-
trum terræ, venenum, acetum acerrimum, gummā alba, aqua perennis, mulier
& foemina, res vilis precij, azot, menstruum, laton, ile, natura, azoc, aqua, mate-
ria prima, principium mundi.
Et nota quod arg. viu. Mercurius, azot, Luna plena, lapis noster, æs nostrū,
aqua nostra, Mars, argentum, stannum, albedo, iupiter, minium, albus, hyposta-
sis alba, album plumbum vel rubeum, idem significant secundum diuersa tem-
pora & gradus operationis.
Et nota quod Lauare Philosophorum, est totam animā in corpus reducere
vnde non intelligas eos loqui de alba lauatione vulgari, quæ conuenit fieri cū
aceto & consimilibus.
Item nota, quod quando apparet nigredo, tunc dicitur desponsatio mariti
& foeminae, & esse matrimonium inter eos, & tunc acquisiuit spiritum, qui est
delator virtutum animæ per corpus, & corpus recepit actionem animæ & spi-
ritus, & fit aquila, & medium naturarum. Et nota, quod terra alba, sulfur al-
bum, fumus albus, auripigmentum, magnesia, & echel, idem significant.
Lapis item vocatur chaos, draco, serpens, bufo, leo viridis, quinta essentia,
lapis noster, Lunaria, chimolea, vilissimum, nigrum nigrius nigro, lac virginis,
humidum radicale, humidum vinctuosum, liquor seminalis, sal armoniacus, sul-
fur nostrum, naphtha, anima, basiliscus, vipera, secundina, sanguis, sperma metal-
licum, capilli, rebis, vrina, aqua venenosa, aqua sapiētum, aqua mineralis, sapo-
mentum, acetum Philosophorū, arg. viu. nostrum, primordialis materia, anti-
strū, Luna, germen, numus noster, duenec, sal, alumen de Hispania, atramentū,
ros celestis gratiæ, spiritus foetens, borax, Mercurius corporalis, vinū, aqua sic-
ca, aqua metallina, ouum, senex, aqua permanens, auis Hermetis, minor mun-

du, cambar, aqua vitæ, auripigmentum, corpus, cinaprium, & alijs ferè infinitis nominibus ad placitum.

Secretum secretorum, & lapis Philosophorum.

Si felicitari desideras, ut benedictione Philosophorum obtineas, vivit Deus in æternū, vivit hæc veritas tecum. Vnū est in mundo obiectum omnium, quod propriè dicitur Philosophorum: in testudine manet, album & ruberū in se continet: vnum masculus, aliud foemina nuncupatur, animale, vegetabile & minerale: nullum reperitur tale: actiua vim habet & passivam, substantia mortuam & vivam secum habet, spiritum & animam, quæ vocant ignari rem vilissimam: quatuor continet elementa in suo gremio, contenta: ubi est, reperitur: ab omnibus cōmuniter habetur: parvo redimitur precio: libra habetur pro vno solido. Ascendit per se, nigrescit, descendit & albescit, crescit & decrescit, res est, quæ terra producit, & de cælo descendit, pallefcit & rubescit: nascitur, moritur, resurgit, postea in æternū vivit: per plures vias tendit ad finē: sed propria decetio est supra ignē: est lenta, modesta, fortis, augmētatur quovscūq; curus quiescendo rubificetur. Hic est iuxta votū lapis dictus Philosophorum. Lege & perlege quævis, & clarius nunquam inuenies: & si adhuc fueris ingenio tardus, tunc nunquam huius artis eris gnarus. Deo laus.

Hermes inquit, Draco nō moritur nisi cum fratre & sorore suis, nō per vnu, sed per ambo simul: hæc nota: tria capita, & vnum corpus, & vna natura, & minerales & c. intelligentibus satis dictum sit.

Draco non moritur nec firmatur nisi cum Sole & Luna, & non per alios, ut dicit Hortulanus: per montes in corporibus, in plano in Mercurio, & in mari. Et ista aqua creata ex concursu istorum duorum Philosophorum dicitur aqua permanens.

Nostrum sublimare, est corpora arcana cum aqua aurea coquere, dissolvere & liquefacere, & ea sic sublimare. Et nostrū calcinare, est per quatuor dies putrefacere & digerere, & non alio modo peragere: quare multi sunt decepti in sublimationibus.

Scias quod æs quod est Philosophorum aurū, est aurum eorū: dixit autem Senior, Aurum nostrum nō est aurum vulgi: & hoc est verum.

Quæsiuisti autem de viriditate, putans quod æs esset corpus leprosum propter illam viriditatē quam habet. Vnde tibi dico, quod totum illud quod est perfectum in aere, est illa sola viriditas quæ in ipso est: quia illa viriditas per nostrum magisterium vertitur citō in aurū nostrum: & de hoc experti sumus. Et si vis probare, regulā tibi damns: Accipe ergo æs vstum, & perfecte rubificatū & tere & imbibe ipsum cū duenec septē vicibus quantū bibere poteris, semper assando & reducendo, postea fac ipsum descendere: descendet autē purum aurum, eiusq; viride fiet ruberū sicut grana clara. Et scias quod tāta rubedo colore: det cum ipso, quod tinget argentū in aliqua quantitate verissimo auri colore: & totū hoc nos probauimus, quia operatur operationes magnas. Nullo tamē modo poteris lapidē præparare absq; duenec viridi & liquido, quod videtur in mineris nostris nasci. O benedicta viriditas quæ generas cunctas res. Vnde noscas quod nullū vegetabile atq; fructus nullus apparet germinādo, quin sit ibi viridis color: Similiter scias q; huius rei generatio viridis est: quare Philosophi germen ipsum appellauerūt, & similiter aquā eā appellauerunt suæ purificationis seu putrefactionis, & veritatē dixerūt, quia cū sua aqua purificatur, & à sua nigredine abluitur, & albū reddit ipsum, postea ruberū. Vnde scias quod nulla fit tinctura vera nisi ex ære nostro. Coque ergo ipsum cū sua anima, tere, coque, reitera, donec spiritus cōiungatur cum suo corpore, & vnu fiat, & habebis intentum.

Sapientia

Sapientes autem multa nomina imposuerunt: sed tu considera illam solam rem quæ argento viuo & corporibus adhæret, & habebis scientiam veram. Sed ut non erres, scias quid sit adhære corporibus. Aliqui dixerunt, quod arg. viuū vulgi adhæret corporibus, quod est falsum: putant enim se intelligere capitulum Geberi de argento viuo, vbi dicit, Cum in rebus cæteris exquirentes non inuenimus inuentione nostra rem aliam magis, quàm argentum viuum corporum naturis amicari. Hoc autem totum intelligendum est de argento viuo Philosophico: ipsum enim solum adhæret in corporibus: & nullam aliam rem inuenire potuerunt Philosophi antiqui, nec moderni aliam inuenient rem quæ corporibus adhæreat, nisi argentum viuum Philosophicum: Quia arg. viuum vulgare non adhæret in corporibus, imò corpora adherent ipsi argento viuo: & hoc est certum per experientiam: quia si coniungitur arg. viuum vulgi cum aliquo corpore, argentum viuum manet in natura propria, aut recedit, & non vertit corpus in suam naturam, & ideo non adhæret corporibus: & propter hoc multi sunt decepti in operando in illo argento viuo: Quia lapis noster, scilicet argentum viuum occidentale, quod prætulit se auro & vincit illud, & illud quod occidit viuificat. Scias quod arg. viuū coagulatum est pater mirabilium omnium huius magisterij nostri, & est spiritus & corpus: Et hoc est quod Geber dixit, Consideratio veræ rei quæ perficit, est consideratio electorum puræ substantiæ arg. viui. Sed ex quibus maximè argenti viui substantia elici possit, queri posset: Et nos respondentes dicimus, quod in his in quibus est, ex illis elici possit. Ergo fili considera & vide vnde sit illa substantia, & istam accipe & non aliam, si venire desideras ad verum intellectum. Dico tibi in charitate Christi, quod nullo modo inuenire potuerimus, nec Philosophi similiter inuenire potuerunt aliquam rem perseverantem in igne, nisi solam vinctuositatem illam perfectam, non cremabilem: & illa quando est præparata ut oportet omnia corpora quæ tangit ducit ad verissimum Solare complementum, & super omnia corpora Lunari.

Nota particulariter, quod Mercurius noster sublimatus conteri debet cum sale ammoniaco præparato: quo trito, sublimari in vitris & in vase terreo: quæ sublimatio tunc in aquam solvatur in spacio. 14. dierum in loco humido super lapide inclinato. Ista aqua soluit Solem vel Lunam finatam in aquam puram & claram, & vocatur aqua Mercurialis ante impositionem Solis vel Lunæ. Impositis autem Sole & Luna, & intus solutis, aqua perennis dicitur & vocatur. Impone igitur limaturam Solis vel Lunæ in aqua Mercurialem, & erit vna aqua: qua habita, eū in ovo Philosophorum coagula: quæ coagulatio fit in spacio. 16. hebdomadarum: & sic erit tinctura super Mercurium crudum & vulgi tepesfactum: vna pars super. 100. quo viso, regratiare Deo.

Modus tingendi sic est: Cape Mercurium vulgi & crudū, & pone in tegulam & calefac: quo facto, projice vnam partē dictæ tincturæ super 100. partes arg. viui, & erit bonum aurum vel arg. secundum quod tinctura est præparata: & in projiciendo erit stridor & clamor satis magnus, & arg. viuū diuidetur in multas partes in modum granorum lauri, in quibus cutis nigra continetur, quæ est sulfur corruptum, quod deponitur immediatè super testam.

Quomodo quinta Essentia extrahatur ex rebus mineralibus, & primò de auro. In Dei nomine, Amen.

R Ecipe auri purissimi limaturam, & ad ignem pone cum bona quantitate Mercurij, ita ut non euaporet, & moue miscendo cum Mercurio: & post modicum temporis totum Solem inuenies amalgamatum. Tunc tere cū duplo sui salis communis, & ad ignem pone ut Mercurius recedat. Vel recipe

solis laminas & fac vt dictū est: & hoc idem potest fieri de Luna terendo eius limaturam super lapidem cum Mercurio sublimato & bona quantitate vitrioli Romani, & claude cum bono luto inter duas testas bene iunctas & pone inter carbones quasi per vnum diem vel medium vel minus, & ipsum inuenies reductū in calcem: postea emunda sicut scis. Tunc recipe acetum distillatum vel vinum antiquum, quod in vase vitreo loca, & sit liquor in altitudine quatuor digitorum, & intus projice calcem solis contritam, & pone ad fortissimum Solem, & videbis adinuicem eleuari quasi liquorem olei desuper natātem in modum pelliculæ: collige illud cum coleari vel cum penna infundēdo in cyatho vitreo in quo sit aqua: & sic pluribus vicibus in die collige, donec nihil de liquore plus ascendat. Postea ad ignem facias euaporari aquam ex cyatho, & remanebit tibi quinta essentia solis. Et multi Philosophorum vocauerunt illam quintam essentiam oleum incombustibile, quod posuerūt Philosophi pro maximo secreto. quod si hanc quintam essentiam affixeris in cælo nostro, poterit sine omni falsitate perditam naturæ virtutem reparare, iuuentutem reducere, & vitam nostram prolōgare vsq; ad vltimum vitæ nobis à Deo constitutum. Et nunc tibi veraciter aperui illud quod est in re secreta & in maximis rebus quas nunc docebo reseruare. Et habet oleum istud siue quinta essentia dulcedinem maximam ad mitigandum dolores vulnerum, & ad sanandum vulnera & vlcera, & mala multa, & infirmitates multas plusquam credi potest.

Ad extrahendam quintam Essentiam ex argento, plumbo, & stanno.

Quanuis quinta essentia ex argento extrahi possit sicut ex auro, tamen aliter te docebo: Et est vt habeas acetū optimum distillatū, intra quod infunde nobilem terram calcinatam, aut salem ammoniacum in amphora vitrea, quam in instanti claudas, quia virtus exhalaret ex arg. immisso infra amphoram istam, induc eum in calcem quam supra te facere docui si audisti, quæ sigilla cum luto sapientiæ: & in fimo calido pone octo vel decem diebus vt putrefiat: postea pone in distillatorio & ascendet acetum primò, deinde, quod mirabile est, ascendet quinta essentia argenti in modum arg. viui: quod talis & tantæ virtutis existit in operibus, vt nemini liceat reuelare.

Ad extrahendam quintam Essentiam ex antimonio.

Deus cæli ipse testis est quod nunc tantum secretum reuelabo, quod reuelatū expressè nunquam fuit vel patefactum: Et hoc est arcanum secretorum omnium extrahere Quintam essentiam ab antimonio. Cum hoc facere volueris, antimonium pulueriza vt sit sine tactu: Tunc tollatur acetum nobilissimum, in quo pone puluerem antimonij donec coloretur in rubeum: quo facto auferatur acetum, & nouum acetum superponatur: Et sic fac donec acetum non coloretur amplius. Tunc coletur acetum, colatum pone in distillatorio in balneo, & ascendet acetum primò, deinde videbis miraculum benedictæ minere per guttas rubeas, sicut esset sanguis: quem benedictum liquorem recollige ad partem in amphora vitrea. Aristot. dicit quod illud est plumbum suum in libro de Secretis secretorum, licet non nominet naturam eius: reuolue libros secretorum omnium Philosophorum, & quæras plumbum Philosophorum, nec inuenies quid illud sit, nec artem veram vt quam præter arg. vltimum possit minera aliqua in colore rubeo sublimari. Sed hoc ad rem medicam potius spectat, & à Ioanne de Rupefissa ponitur.

IOAN

FINIS.